



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 68. Jacobi Benigni Bossueti Meldensis Episcopi obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. Joannem Franciscum Schenck de Stauff  
A. C. 1704. senberg. Decessit etiam Joannes Martinus ab Eyb Euchstadiensis Episcopus, cui anno sequenti die nona Februarii subrogatus est Joannes Antonius Knöbel a Catzenelenbogen: Obiere insuper die trigesima Octobris Friderica Amalia Holsatiæ - Gottorpensis Ducissa, Friderici III. Daniæ Regis Filia, Therezia Josepha Lusitaniae Regis Filia, & Vaudemontius Princeps junior, qui Cathollicam fidem professus, Cæsaris in Italia Archistrategus erat. Rudolphus Augustus Brunsvico - Guelpherbytanus Dux die vigesima sexta Januarii, Elisabetha Juliana Antonii Ulrici ejusdem stematis uxor, Emanuel Cothenensis Princeps die trigesima Maij, Joannes Carolus Birkenfeldensis Dux die vigesima prima Februarii, Georgius Daniæ Princeps die quarta Martii, & Georgius Brandenburgicus die vigesima sexta Martii, & Augustus Ferdinandus Bavariae Dux in Schellebergensi prælio die secunda Julii trucidatus.

### §. LXVIII.

*Jacobi Benigni Bossueti Meldenhi Episcopi obitus.*

*Dupin Bibl. des Auth. t. 18. p. 158.* Speciali mentione dignissimus est, Jacobus Benignus Bossuetus Mel-

denhis

densis Episcopus, Ecclesiæ Gallicanæ Sæc. XVII.  
oraculum, Hugonotarum docilium Du- A. C. 1704.  
ctor, contumacium malleus. Hic Di-  
vioduni natus, quam primum adole- *Niceron re-*  
vit, sine mora in ludum literarium in *lat. Erud.*  
patria emittebatur, cumque præclarat. 3. p. 199.  
ingenii præstantia emineret, vix no-  
vem annorum fines assecutus, studiis  
humanioribus tradebatur, quibus suam  
operam tam assidue dedit, ut *Bos suetus*  
*aratro* diceretur. Hac necessaria su-  
pellectile instructus ad studia Academica adspirare cœpit, ac Parisios ab-  
legatus, Philosophiæ puriori & Theo-  
logiæ tanto profectu operam navavit,  
ut in Facultate Theologica Parisiensi  
primum honoris gradum ac denique  
ipsam Doctoratus lauream vigesimo  
quinto ætatis suæ anno publice merito  
suo adipisceretur. Metenfis Ecclesiæ  
Canonicis accensitus, ac postea Archidiaconus & Decanus electus, in ob-  
sequium hujus Ecclesiæ primos ingenii  
sui fructus impendere statuit; frequen-  
ter igitur nec sine maximo Auditorum  
applausu, atque animarum proventu tam  
Metis quam Parisiis Verbum Dei præ-  
dicavit, ac Hugonotarum conversioni  
intentus, eorum errores ore & calamo  
acriter infectatus est. Insuper a Gal-  
liarum Rege sacram hujus Viri eloquen-  
tiam stupente ad Condomensem Epi-  
scopam

**Sæc. XVII.** scopatum nominatus, quamplurimos  
**A. C. 1704.** suæ Diæcesis Calvinistas etiam quos-  
dam Prædicantes, necnon Augustinum  
 Brueys Montpessulanum Advocatum,  
 qui prius Bossueti expositionem refel-  
 lere aggressus erat, ad veræ fidei se-  
 mitam reduxit, habitoque colloquio  
 cum Claudio Charentoniano Prædicante  
 eum non semel elinquem reddidit, per-  
 celebrem vero Abbatem Dangeau, Tur-  
 renium Marescallum, ejusque Neptin  
 de Duras ad veræ Ecclesiæ sinum re-  
 vocavit. Tot meritis clarus a Gallia-  
 rum Rege Delphini Filii sui institutioni  
 præficiebatur, quo circa Episcopatum  
 suum ultro dimisit, totumque effor-  
 mando Regio huic Principi sese dica-  
 vit, ac demum in laboris præmium ab  
 eodem Rege Meldensi Episcopatu ho-  
 noratus, primo Burgundiae Ducissæ à  
 concionibus, postea ab eleemosynis esse  
 promeritus est: Tantam denique eru-  
 ditionis, pietatisque famam sibi con-  
 ciliabat Bossuetus, ut etiam ex Pro-  
 testantibus moderatores hunc Præsu-  
 lem omni veneratione prosequerentur,  
 & duntaxat ii, qui judicium suæ ma-  
 ledicentiæ legibus, atque inveteratæ  
 omnes promiscue Catholicos convitiandi  
 licentiaæ potius quam veritati consonum  
 ferre consueverunt, Bossueti, cuius ar-  
 guimenta refellere desperant, famam  
 con-

*Vid. t. 64.  
 pag. 303.  
 Et tom. 63.  
 pag. 371.*

convitiis proscindere nituntur: hos in- Sæc. XVII.  
ter haud infimus est, Apostata ille, A. C. 1704.  
qui se Joannem Baptistam Denis, ac  
Bossueti Secretarium nominat, qui  
impudenti calamo inter alias crimina- *Jean Denis*  
tiones contra Clerum Gallicanum, quæ *Mem. anecd.*  
nonnisi mordaci mendacio constant, *du Clergé*  
*pag. 108.*  
effusas, insuper scribere non erubuit,  
quod Bossuetus adhuc Canonicus ac  
nonnisi Subdiaconus cum quadam No-  
bili fœmina matrimonium inierit, at-  
que ex ea duas filias suscepit: id  
vero nonnisi post Bossueti obitum seu  
post quinquaginta annos innotuerit:  
verum hæc fabula adeo male consuta  
est, ut ejus falsitas manibus palpetur:  
Pudet ejusmodi nugas resellere: Ce-  
terum celeberrimus hic Præful ex cal-  
cui doloribus summa patientia tolera-  
tis, inter luculenta firmæ in Deum fi-  
duciæ signa, uti vixit, id est pie in  
Domino obiit Parisiis die duodecima  
Aprilis annos natus septuaginta septem.

### §. LXIX.

#### *Ejusdem Opera.*

Illustravit dignissimus hic Præful uni-  
versam Ecclesiam pluribus, iisque  
utilissimis lucubrationibus: Adhuc Me-  
tentis erat Archidiaconus, cum Pauli  
Ferri Calviniani Prædicantis Catechis-  
mum